



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Libri, Seu Catastica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Tertiò, quanta sit pars Laudemii solvenda directo domino ab emphyteuta de pretio, quo vendit jus suum, vide superius in ver. *emphyteuta n. 5.*

Quartò, an debeatur ex donatione, pura, vel conditionali, vel ex dotatione, vide Cap. Tolos. q. 273. & in Addit. ubi habes pulchra pro practica.

LIBRI, SEU CATASTICA.

Primo, libri tetragiorum, & computorum Prælatorum, vel Capitulorum, & aliorum dominorum, continentes censuales debitores, & emphyteutas ipsorum, & solutionem illorum, probant contra illos debitores, & censuales, & non contra alios, nisi esset consuetudo in contrarium, quod etiam facerent fidem contra omnes, Anch. *conf. 39. incipiente, primò de iuribus, col. 1.* Salic. *in l. exemplo, C. de prob.* Boer. *decis. 105. numero 13.* vide Covar. *pract. q. c. 22. pertolutum,* sed num. 8. dicit, quod libri rationum faciunt probationem, Novel. *de iure protim. §. quintus, numero 63. & 64. & infra, sed vide Batt. in l. nuda, de donat. ff.* & si Ecclesia probat solutiones decennales, habet intentionem fundatam, licet non doceat detitulo emphyteusis; sufficit enim ut illam alleget, & probet solutionem. Fel. *in c. cum Bertoldus, numero 38. de re iud.* Caputaq. *decis. 292. part. 1.* & per testes probatur solutio, & possessio, etiam si sint singulares, modò sint contestes in generali. Felin. *in caput. licet ex quadam, de test.* Caputaq. *decis. 342. p. 2.* Vide Germiu. *in capi. 1. vers. quero an petentes, de prescr. libr.*

6. licet remissive, & Abb. *in c. ad audi-entiam, numero 4.* dicit tene menti, quod creditur libro censuali antiquo alicujus Ecclesiæ, dummodo reperiatur in loco non suspecto, & ibi conservatur, & locus non suspectus dicitur Camera Episcopi, Abb. *ibid. n. 5.*

Secundo, solutio mercedis probat possessionem contra tertium, Boer. *loc. cit. numero 14.* & quando per famam probare sufficit dominium in antiquoribus, vide Boller. *in addit. ad Maran. 4. par. numero 57.* & quando attendantia, & census solutiones non probent dominium, vide Gom. *quest. 2. de exprim. valo. benef.* vide in ver. *dominium, registri an faciant fidem, vide Innoc. in c. de procurat.*

Tertiò, libri antiqui quomodo probent limites, seu terminos, similiter fama, & testes, & vide Abb. *in c. cum causam, de prob.* vide Pan. *in cap. pervenit, nu-2. & 3. de censib.*

Quartò, libri non possunt imprimis sine prævia licentia, & approbatione superioris, Conc. Later. sub Leo X. *sess. 10. §. sacro, & Concil. Trident. sess. 4. c. de editio. librorum, Leo X. Bul. 7. & Pius. IV. Bul. 98. qua incipit, cum per. & Bull. 108. qua incipit, cum inter.*

Quintò, libri mercatorum, thesaurariorum, vel Conulum, quando probent, & quando non, vide Caputaq. *decis. 155. par. 2. & seq.*

Sextò, libri mercatorum probant usque ad summam ducatorum 20. Paul. III. *Bul. 47. qua incipit, Volentes, disponit, ut probent usque ad ducatos 30.*

Oo 2 LITIS